



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Iohanni Tvronensi Archiepiscopo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

Epist. 10.  
Op. 10.  
III. ap. 99.

timet Deum & operatur justitiam est acceptus, in dispensando talenta tibi credita non personas sed merita potius attenderet personarum. Verum quia, sicut carissimus in Christo filius noster Imperator Constantinopolitanus illustris sua nobis insinuatione monstravit, hoc minus attente considerans quam deceret, prout caro & sanguis revelavit tibi, solos Venetos vel subjacentes eisdem in Ecclesia tua promoves, Francos & alios probos viros alterius nationis quam tuæ promovere contemnens, volentes ut ab hojusmodi revoceris abuso, per quem divinam & nostram incurere posles offendam, fraternitatem tuam monemus attentiū & hortamur, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus de personis idoneis & honestis undecunque acceptis Ecclesiam tuam taliter ordinare procures quod in ordinatione ipsorum magis merita quam personas attendere videaris. Specialiter autem ipsius precibus Imperatoris inducti, pro dilectis filiis H. Prebytero, Iacobo Subdiacono, & Petro de Christo, apostolicas preces tibi duximus destinandas, monentes attentiū & hortantes quatenus eis ob reverentiam apostolice sedis & nostram in Ecclesia tua conferas beneficium praebendale; preces nostras taliter impleturus quod devotionem tuam inde possimus merito commendare. Datum Laterani Idibus Martij, pontificatus nostri anno tertio decimo.

**DECANO DE BLAKERNA,**  
*& magistris P. de Montiniaco Cantori &  
 G. Canonicis sancti Pauli Constantinopolitanis.*

Epist. 19.  
 Super codem.

**S**i venerabilis frater noster Constantino-politanus Patriarcha consideraret at-tentē quod ab uno patre descenderimus univerſi & quod non sit personarum accep-tio apud Deum, sed ei &c. in eandem ferē modum ut in alia usque in Ecclesia sua con-ferat beneficium praebendale. Ideoque di-cretione vestra per apostolica scripta man-damus quatenus eum ad id monere diligenter & efficaciter inducere procuretis. Quod si non omnes &c. duo vestrum &c. Datum ut in alia per totum.

**JOHANNI TURONENSIS**  
*Archiepiscopo.*

Epist. 20.  
 Conclamerat  
 temporis fa-  
 da inter Ar-  
 chiepiscopum  
 Turon. & Ab-  
 batem Corma-  
 ni.

**M**ota jampridem quæstione inter bona memorie prædecessorem tuum & Canonicos beati Martini Turo-nensis & Rogerium Abbatem Cormaria-ensem super subjectione ac obedientia-

Tom. II.

quam idem prædecessor tuus à predicto Abbate sibi conquerebatur injuste subtra-ctam, partes ad felicis memoriae Alexan-dri Papæ prædecessoris nostri præsentiam accesserunt. Qui cum non posset causæ debitum finem imponere, eam bona memoriae Trecensi & Claromontensi Episco-pis terminandam commisit. Cum autem coram Claromontensi de assensu Trecensis Episcopi partes propter hoc constitutæ fuissent, eodem Claromontensi & viris aliis honestis & discretis qui sibi affidebant me-diantibus inter prædictum prædecessorem tuum & Solpicium successorem prædicti Abbatis & Decanum & Canonicos sancti Martini de libero & spontaneo assensu par-tium amicabilis facta est compositio & in authentico scripto redacta, sicut ex eodem scripto manifeste compareret. Nos autem quæstionem sopitam noientes indebet sollicitari, qui tenemur litibus finem impone-re, ad exemplar prædicti prædecessoris nostri compositionem ipsam, sicut de as-sensu partium in præsencia prædicti Claro-montensis providè facta est & hinc inde sponte recepta & haec tenus observata & in scripto authentico ipsius Episcopi contine-tur, ratam habemus & firmam, eamque auctoritate apostolica confirmantes, præ-sentis scripti patrocinio communimus, sta-tuentes quod nulli omnino hominum li-cket hanc paginam nostræ confirmationis infringere vel ei &c. usque incursum. Datum Laterani iv. Kal. Martij, pontifi-catus nostri anno tertio decimo.

**ABBATI DE SICHEM**  
*Halbelstatensis dioecesis, & majori*  
*Decano Halbelstatensi.*

**E**x parte dilecti filij nobilis viri Mar-chonis Brandenburgensis nostris est auribus intimatum quod cum non modica terra pars ad marchiam suam pertinens per suos & fratris ac patris avique sui labores de manibus eruta paganorum sterilis ja-ceat & inculta, ipsam ad cultum redigere ac de colonis fidelibus dispositiū stabilire. Vnde nobis humiliter supplicavit ut cum pro ampliatione divini cultus conventua-lem Ecclesiam desideret in terra ipsa con-struere, licentiam super hoc ei concedere dignaremur. & ipsam ab omnionere pon-tificalis jurisdictionis exemptam in jus & proprietatem sedis apostolicae retinere, ita profecto quod due partes decimatum ejusdem terræ ad Marchionem ipsum & heredes ipsius pro Ecclesia fabrica, quam ipsi debent propriis sumptibus reparare.

G g ij

Epist. 12.  
 Commissarius  
 eius populois  
 Marchionis  
 Brandenburg.